peremptorie stare, eum parere, Respondere Iudiciorum
pro taliumque Evictione Inscriptioni praesenti satisfacere ac o-
mnem iudicatum facere debebit et tenebitur, seque, ac suos
successores ad eadem omnia praemissa inscribit et obli-
gat praesentibus. Illiusque Terminum primum peremptorium
uti et alios omnes exinde subsequentes causae eiusdem Ter-
minos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori
minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum
servitio Militari, ad munimenta ad Evictorem, vel alijs
quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non diffe-
rendo: ad Evictationem praeterea ultra primos et pro-
ximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premysli-
ensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque
notiones, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo,
ac praemissa omnia per vias simplicationis vel implicatis, Exceptio-
nibus, Suspensionibus, fori alijs Iuris, praescriptione terrestri-
bellico, Conventioneque, ac alijs omnibus Iuris Remedijs se
Defensis non subterfugiendo, nec alio quovis modo cavendo:
Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa
omnia et singula mediante.

# Feria Sexta post Dominicam Rogationum proxima Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo, Secundo. 27/r

## Ignosus Stocki Filio suo

Ii

1546 # Vigore Consensus Sacrae Regiae Mattis Literis Cedit.

Ex Copia correcta.

Comparens personaliter Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitalibus Premysliensibus Generosus Andreas Stocki sanus mente, et Corpore existens, a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo; Praesenti vero Castrensi, Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum

1174 hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Incorporando, atque Subjiciendo, palam publice, libere ac per expressum Recognovit: Quia ipse Habendo Literis Consensus Sacrae Regiae Maiestatis, sibi Recognoscent ad Cedendum de Bonis infraspecificatis per eandem Sacram Regiam Maiestatem gratiose datis et Collatis Manu illius propria subscriptis, et Sigillo minoris Cancell. Regni Communitis, et Coram Officio praesenti reproductis, Tenoris eiusmodi:

Michael Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Wolhyniae, Kioviae, Podoliae, Smolensciae, Severiae, Czerniechoviaeque. Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest Universis, et Singulis; Quia Nos ad Intercessionem certorum Consiliariorum Nostrorum pro Generoso Andrea Stocki Milite Nostro Veterano apud Nos factam, Constituendum Nobis esse duximus Consentimusque praesentibus Literis Nostris, ut possit, et Valeat de omni et Integro Jure suo Advocatiali sibi super Advocatiam in Villa Matkowska Nola Capitaneatus [illegible] sita, Summasque in eadem Advocatia, Lime existentes Generoso Stanislao Stocki Filio suo Coram Actis quibuscunque Authenticis Regni Cedere, neque ius suum in Persona

ipso

ipsi dandi ferre, ac transfundere. Quod quidem Cessio jo-
juxtaquam ad Acta quaevis Regni authentica facta et
Recognita fuerit, Nos Sati ex eo, quod de consensu nostro prae-
cedenti peragebatur, ratam et gratam habituri sumus, Vigore
Cuius Cessionis, et Consensus in dictam Advocatiam cum
Omnibus eiusdem fructibus, proventibus, attinentiis, et per-
tinentiis generaliter Universis, ad eandem Advocatiam
ex antiquo modo quovis spectantibus praedictus Generosus Sta-
nislaus Srocki, ad extrema vitae suae tempora, Tenebit, habebit,
et possidebit, ipsa Nullis penitus exceptis, sed omnibus in ge-
nere, et singulis in specie comprehensis uti fruetur, promit-
timusque pro Nobis et Successoribus nostris, Non esse Nos, sed
ab usu, et possessione advitalitatis eiusdem Advocatiae a-
moturos, aut alienaturos, neque cuipiam alienandi ipsam
potestatem daturos, Quin imo illo tantum tecum Jus advi-
talitiale praestabimus, Serenissimique Successores nostri prae-
stabunt. Eo vero e vivis sublato, non prius Successores eius,
de praedicta Advocatia cedere tenebuntur quam summa
in ea legitime inscripta, vel ex taxa Commissionis nostrae
non proveniens integre et plenarie illis numerata et
persoluta fuerit, Iuribus nostris Regalibus, Reipublicae et
Ecclesiae Catholicae salvis. In cuius rei fidem praesentes
manu nostra subscriptas, Sigillo Regni Communiri iussimus,
Datum Leopoli Die XXXI Mense Octobre, Anno Domini
MDCLXXI Regni nostri Secundo Anno,
Michael Rex Locus Sigilli minoris Cancellariae Regni,
Stanislaus Ruzynski, Gnieznensis Varsaviensis Canonicus
Regens Cancellariae Regni. De omni et integro Iure suo
Advitalitio, Quod Sibi Recognis super Bona [illegible]
seu Advocatiam in Villa Malnowska Wola Capita-
neatus Mosciscensi iacentis, et consistentis vigore Iuris
sui communis servientis competit, necnon de eodem iure

1540 Bonis Advocatiae in Villa praefata Malrowska Wola
sitis, Summisque quibusvis, si quas in eisdem Bonis, in=
scriptis vel ex taxa Commissariorum demonstratis esse
curatis apparuerint, ad extremum de quibusvis Privile=
gijs Juribus, Decretis, Commissorialibus, Originaliter Dis=
positionibus, Bona eiusdem Advocatiae afficientibus,
comparata eorundem Bonorum, Jurisque praedictis Possessionis
Intromissione, pacificaque in hucusque per se Recognoscentem
Continuata Possessione cum omni praemissorum Jure Dominio
et Proprietate, Competentiaque et praerogativa, quaevis omnibus
et singulis Juris praedictis Possessionis, ac Privilegiorum, Decre=
torum Commissorialium, et Jurium Dispositionumque qua=
mvis super Bona praefata sonantium Conditionibus, punctis,
Clausulis, articulis, ligamentis, ac nexibus in universum
omnibus, Bonorumque suprascriptorum et summarum in
eisdem Bonis haerentium Utilitatibus, fructibus, proventibus,
redditibus, Commodis, emolumentis, et Obventionibus qui=
busvis, attinentijs et pertinentijs generaliter universis,
nihil ex praemissis Juris, Dominij, proprietatis ac Cuiusvi=
is Competentiae, et praerogativae pro se Recognoscente
Suisque Successoribus, aut quopiam alio reservando aut
excipiendo Verum prout praemissa omnia, ipsemet Reco=
gnoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant
ac eidem legitime serviebant, Jam ex Jure et de facto
suprascripto Generoso Stanislao Swiech suo Recognoscen=
tis Filio, accepta ab ipso pro praemissis omnibus ple=
naria, et sufficienti satisfactione Cessit, et Condescen=
dit, prout Cedit, et Condescendit praesentibus, omne=
que et integrum Jus suum in Personam eiusdem Cessionarij sui
totaliter et plenarie transfert, transfundit, et incorpo=
rat per praesentes. In Quod quidem Jus praedictae Ces=
sionis praemissorum Omnium et Singulorum praesentibus absq
so:

-orum iam exutum et defectu memoratus Recognis hypra:
nus Cessionarius Suo Dat et Admittit Coram officio presenti realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos Dio quacunque volunt officio...
...le accepturi. Per ipsum Generosum Franciscum ...
fuit Recognoscentis Filium et Cessionarium suum hoc idem ius praesens cessum, praemissorum omnium et singulorum, cum universis eorum utilitatibus, ac emolumentis competentiaque et praerogativa quavis Tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete, et pacifice utifruendi, ad usque quorsus beneplacitus utusfructus, libere, ac effectualiter Convertendi, Iuris originalis ea omnia latius in se Complectentis praesentis Cessi et Transfusi ...

# Sabbatho post Dominicam Rogationum Proximo Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Septuagesimo Secundo. 28/v
# Gnosi, Sieradzki ab Una et Trzcinski partibus ab Altera Intercisam inter se Rant. 1174

Coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Ex Premysliensibus personaliter Comparentes Gnosi Casimirus Sieradzki, Bonorum Villae Zaksiv in Palatinatu
Copia Cracoviensi, et Districtu Chouiensi iacentes, et consistentes
correcta haeres ab Una, et Ioannes Trzcinski parte ab Altera ...